





2/80

~~xxxx~~

574

35

DISSERTATIO JURIDICA
 DE
**PUBLICIS JU-
 DICIIIS,** 1659,30

QVAM

Deo ter Optimo Maximo clementer annuente
 CONSENSU ET AVTORITATE

Magnifici atque Nobilissimi in illustri Salana

42

Jctorum Ordinis,

PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atq. Excellentissimo,

DN. GEORG-ADAMO

Struven / Jcto & Professore Publico famigeratissimo, Consiliario Saxonico Eminentissimo, Curia Provincialis, Facultatis Juridicæ & Scabinatus Assessore gravissimo, Domino Patrono ac Præceptore suo omni honoris & observantiæ cultu submissè devenerando,

*Publico eruditorum examini
 proponit*

RUDOLPH STEINOVV,

Mind. VWestph. Autor.

*AD DIEM MARTII
 horis locoq; consuetis.*

JENE, Typis Sengenvaldianis,
 ANNO MDCLIX.

DISSERTATIO JURIDICA
DE
PUBLICIS
DICIS

Insuper Ordinis
Magistri
D. GEORG. ADAMO
Grunow
Magistri
Magistri

Magistri
Magistri
Magistri
Magistri





I. N. I.

DISPUTATIO DE PUBLICIS JUDICIIS.

SI quotidiana plenius attingenda, & ad eorum cognitionem paulò attentioris jubemur esse animi, *l. 25. in pr. ff. de Liberat. Legat.* ecquis mihi si publicorum judiciorum materiam aliquot conclusionibus placidè subjecero disquisitioni, cum publicè inter sit, publicæque disciplinæ vigor desideret, criminosos debitâ affici pœnâ, *l. 1. §. 2. v. quod si. ff. ad l. Aquil. l. 13. §. 1. de judicis. l. bona fides. 31. ff. de posit. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publ. & vetigal. Damh. in præfatione præct. crim. n. 1. 2. 3.* ut Resp. à malis hominibus liberetur. *l. congruit 13. ff. de off. præf. l. 3. C. de Episcop. audiens.* vertetur vitio, haud equidem id spero.

I. Publica Judicia dicuntur, quod cuius de populo executio sive persecutio eorum plerumque datur, *per §. 1. instit. de publicis judiciis. 1. palam. 43. §. 10. ff. de R. N. Gomez. tom. 3. var. resolut. cap. 1. num. 1. Clarus. sent. recept. §. 1. in princ.* verum id repellitur (1) quod actio de suspectis tutoribus cuilibet datur, quæ tamen privata est. *§. consequens. 3. inst. de suspectis tutoribus.* (2) Quod actiones populares etiâ cuilibet dantur, & tamen sunt privata non publica. *l. 1. ff. de pop. act.* quare in definitione. *§. 1. l. de publicis judiciis.* definitio non rei, sed nominis potius sive Etymologia traditur, uti rectè ibidem sentit *Vvesemb. & Duaren. lib. 1. Disp. Anni vers. cap. 37. Forman. Disput. 36. th. 20.*

II. Sunt ergò publica judicia, quæ ex legibus publicorum judiciorum vindicantur & ab unoquoque ex popu-

lo deferri accusarique possunt, *l. 1. ff. de publ. judic. l. non distinguemus. 32 §. Juliana. ff. de recept. qui arbitr. recept. l. 3. §. ult. ff. prævaricat. l. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar.* Non enim semper ex appellatione dijudicandum erit, an crimen propriè privatum sit, vel publicum, cum homonymia tallat, neque etiam dijudicatio fieri debet ab accusatio-
ne publicâ: omnium quippe publicorum criminum publica est accusatio, at non omnium ea, quorum publica est ac-
cusatio, publica judicia propterea dicentur, sed ad legem certam recurendum, ad eò ut sine illa publicum judici-
um nullum sit. *d. l. 3. §. ult. de prævaric. Arumaus Exercit. 20. th. 6. Harpr. in tract. crim. de publ. jud. §. 1.*

III. Sicut autem judicia publica à privatis separata sunt legibus, ita & actionibus, illa enim per actiones ordi-
narias non exercentur, hæc actionibus constituuntur. *d. l. 3. ff. de prævar. l. 3. ff. de crim. stell. Harpr. disp. 17. th. 2. & 3. Fo-
man Disp. 36. th. 10. l. a.* ad quos plures judiciorum privatorum & publicorum differentias indagare cupientes remittimus.

IV. Præmissâ definitione sequitur divisio, quæ apud omnes non est eadem, sed varii varias accumulans, recepta tamen à Doctoribus est illa ab effectu desumpta, quæ judicia publica alia sunt capitalia, alia non capitalia. *§. 2. Instit. h. t. l. 2. ff. eodem tit. l. 2. ff. de prævar. l. 103 ff. de V. S. Vvesenb. in par. de publ. jud. num. 1.* illorum pœna capitalis est, horum non æquè. Pœna autem capitalis Autore Modestino in *d. l. 103. ubi. Gædd. de V. S.* illa est, quæ mortem adfert naturalem, aut civitatis vel libertatis amissionem, h. e. mortem civilem, quod fit capitis deminutione, maximâ & mediâ, *l. 2. ff. de pœnis. l. edicto. 13. ff. de bonorum poss. l. 14. §. 15. demum. ff. de bonor. libert. l. 10. ff. de jure patronatus, Foman. Disput. 36. th. 11. l. b. Vult. 1. discept. Scholast. II. Harpr. ad §. 2. de publ. jud. num. 2.* non verò si quis digni-
tatis,

tatis, aut existimationis jacturam patiatur, nam etsi hic status etiam mutationem quandam videatur pati, cum status non solum in capitali poena, sive conditione, verum etiam in existimatione consistat, *l. pen. ff. de Extraord. Cogniz.* civis tamen manet, cum etiam civis ignominiosus esse possit. *l. ob carmen. ff. de testib.*

V. Cum autem vita naturalis vix adimatur absque effusione sanguinis, vel corruptione, inde est ut capitalis poena in genere sumpta soleat subdividi in poenam sanguinis, & quae non habet sanguinem, per *l. transigere, ubi Bart. C. de transact. l. fin. ff. de praevar. l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante sent. mort. sibi consc.* Capitalis poena sanguinis est, quae vitam adimit; Sine sanguine quae tantum mortem civilem per *d. l. fin. & d. l. transigere.* Corruit ergo illorum opinio, qui omnem sanguinis effusionem esse putabant poenam capitalem, in quam inclinat *Anton. Gomez. 3. var. resolut. 3. Clar. 8. recept. sent. 5. fin. quest. 56. Henr. Bocer. tract. de Jurisdic. cap. 5. num. 61. Vult. lib. 1. de I. R. c. 54. n. 25. Vvesenb. in Parat. num. 3. ff. de poen.* adeo ut etiam extendantur ad membri amputationem, flagellationem, sanguinis effusionem habentem. Verum sanguinis poenam, nihil aliud significare, quam mortem naturalem ex allegatis textibus liquido constat; Alias vero poenas, licet sanguis emittatur, capitales non esse, patet ex *l. 2. ff. de publ. judiciis, l. capitalium. ff. de poenis. l. edict. 13. ff. de bon. poss.* quia mortem non pariunt, quod & affirmat, *Maranta in spec. part. 4. n. 1. Alciadus in l. 113. de V. S. Carpz. in pract. crim. part. quest. 102. num. 10. & 11.*

VI. Poena capitalis sanguinis effusionem non habens est duplex: Una quae servos poenae efficit, hoc est, quae libertatem & civitatem adimit, *s. poena Instit. quibus modis jus patr. pot. solvitur. d. l. 2. ff. de poenis.* Altera quae

seruos quidem non efficit, h. e. libertatem non tollit, sed tantum civitatem, prioris generis est damnatio in metallum, vel in opus metalli perpetua, *l. sint quaedam. l. aut damnatum. §. 4. ff. de pœnis.* nunquam enim ea fit ad tempus, *l. 23. §. disp. 6. ff. Cod.* nisi per errorem. Posterioris; Aquæ & ignis interdictio, deportatio, in publicum seu perpetuum opus damnatio, *d. l. sunt quidam. 17.*

VII. His ita positis constat, quæ pœnæ non sint capitales, nempe eæ, quæ aut civitatem, aut vitam non adiungunt, sed aliam quamlibet coërcitionem continent, veluti relegatio in perpetuum vel ad tempus, *l. relegati. 4. l. relegatus. 14. in pr. & §. magna. 1. ff. de interdictis & relegat. l. si quis. 9. §. ult. l. 28. §. 1. & §. in exulib. 13. ff. de pœnis. l. publicorum. 2. ff. de publ. jud. multa pecuniaria. l. 8. ff. de pœnis. l. hoc accusare. 12. §. omnibus. 4. ff. de accusat. l. aliud fraus. III. §. inter multam. 1. ff. de V. S. l. si quis. 9. in princ. ff. de J. dict. l. consensisse. 2. §. ult. ff. de iudiciis. §. ex maleficiis. 18. Instit. de Act. fustigatio, flagellatio, aurium abscissio, membri amputatio, *l. veluti. 7. l. capitalium. 28. §. 1. & 2. ff. de pœnis. l. levia. 6. ff. de Accus. dignitatis depositio, l. iudices. 12. C. de dignit. l. 10. l. si quis. 3. ff. de offic. pref. presto orienti. l. aut damnatum. 8. in princ. ff. de pœnis.* Illud hic antequam ulterius progrediar, prætermittendum non conseo; Ex omni iudicio publico, eoque capitali vel non capitali damnatum, infamiam sequi, *l. infamiam. 7. ff. de publ. jud. l. 1. de his, qui notantur infamiam,* idque non solum in criminali, sed etiam in civili actione ad aliquam pœnam, *l. 2. ff. ad l. Corn. de fals. non solum in damnato per viam accusationis, sed & inquisitionis. Bart. in d. l. infamem. & in confesso in iudicio, & in convicto procedit & obtinet. Harpr. de publ. jud. §. 2. n. 78. & seq.**

VIII. Con-

VIII. Constituuntur autem iudicia publica ex variis delictorum generibus: *Vult. Jurispr. Rom. cap. 47.*

IX. Et quidem in statum reipubl. totum, vel aliquam ejus partem; In statum totum committitur crimen læsæ Majestatis & perduellionis; illud in eum, qui Statui præest, hoc in Statum ipsum committi dicitur *Vult. d. l. Majestas nomen sortitur à magnitudine, Autore Sexto Pompejo à magnitudine inquam Autoritatis, estque in genere sumpta, omnis dignitas amplitudo, & magnitudo dignitatis autoritatis status, salus, securitas, tum idolis gentilibus, l. non distinguemus. 32. s. sacerdotio. ff. de recept. arbitr. veroq; DEO, l. Manichæos. 4. s. in mortem. Auth. Gazaros C. de heretic. quam etiam hominibus & populis, quibus honor reverentia debetur, tribuitur, pluresque pro modo administrationis habet sedes; sanè olim quandoq; summa penes populum Romanum erat potestas, apud eundem sola etiam fuit Majestas, l. I. s. I. ff. ad l. Jul. Majest. l. 7. s. I. ff. de capt. & postl. revers. Ita enim Cicero in partition. orat. Majestas est magnitudo quadam populi Romani in ejus potestate & jure retinendo, vestiturque Imperio, atque omni populi Romani dignitate, & rursus 2. de orat. tradit. si Majestas est amplitudo, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradit, hinc Proculus ait, populos esse liberos, qui alterius populi Majestatem comiter observant, l. non dubito. s. I. de capt. & postliminio revers. Itaque Majestatis crimen id erit, quod adversus populum Romanum & adversus ejus securitatem committitur, d. l. I. s. I. ff. ad l. Jul. Majest.*

X. Sed cum hodiè populus omne suum jus, sive Imperium ac potestatem, l. Regia in Imperatorem transtulerit, s. sed & quod principi Instit. de jur. N. G. & civ. l. un. in pr. ibi: Regimentis Reipubl. ad Imperatorem perpetuo translatis, ff. de



ff. de Off. praefect. prat. Majestas etiam ei adempta censetur, & in solum tantum principem, Imperiique tantum statum committetur, *d. l. 7. famosi. §. 3. ibi* : *Principalis Majestatis. ff. ad l. Jul. M. l. fin. in pr. C. de legib. Myns. ad §. publica. n. 3. Vult. num. 7. Instit. de publ. jud. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 1.* Et sic pro sui atrocitate modo perduellio dicitur, modo generis nomen retinet, & crimen Majestatis adpellatur, *l. ult. ff. ad l. Majest. l. 6. & 7. l. eod. Vult. jurispr. Rom. c. 47. Bocer. class. 4. disp. 11. th. 8.*

XI. Quemadmodum autem delictum aliud est proprie delictum, aliud quasi delictum, *§. seq. divis. Instit. de oblig. junct. titul. de obligationibus, quae ex quasi nascuntur*, ita quoque perduellionis crimen est vel proprie ejusmodi, vel quasi perduellionis crimen, *arg. l. quisquis. C. ad l. Jul. Majest.* perduellionis crimen ita proprie dicitur, est, cum quis hostili animo adversus ipsum Imperatorem, vel Remp. Romanam quid molitur, *l. ult. ff. ad l. Jul. Majest. §. publica. ubi Hotoman. Instit. de publ. jud.* Verb: *hostili animo*: quasi perduellionis crimen est, cum quis in necem, consiliariorum quid molitur, *d. l. quisquis. ibi: de nece etiam virorum illustrium*; neque tamen hic requirimus, *cum Gl. ad legem quisquis in pr. in verb. nobis militat, ut & cum Landen. f. tract. de crim. laesa Majest. & Jul. Clar. lib. 5. recept. sentent. §. laesa Majestatis crimen. n. 5. in fin.* ut principis lateri adhaereant, vel in supremo ejus consistorio sedeant; sed indistincte eos, qui in consiliarios sive Senatores malitioso animo quid attentaverint, eo crimine teneri cum *Bocero, in tract. de crim. Majest. cap. 2. num. 19. & 29.* asserimus, *Dn. Carpz. in pr. crim. part. 1. quest. 41. seq. 4. num. 57.* similiterque in superiorem recognoscentes hoc crimen committi negamus, *Vult. Jurispr. Rom. c. 47. n. 3.*

XII. Quam stante opinione; non immerito quis dubitare

dubitare posset. An Imperator Romanus, si adversus Pontificem Romanum resurgat, hujus criminis reus fiat? Et sane si quid testimonium Papæ Romani in re & causa propria contra principem Romanum valeret, id omninò dicendum videretur. Autoritate enim juris Pontificii, Papa Romanus, ut omnium Christianorum Dominus est, *can. cuncta per mundum. 9. quest. 3.* ita quoque Imperium habet in Cæsarem Romanum & omnes gentes ac Regna *c. 1. tit. de consuetudine in extravagantibus.* estque illi potestas non modo sua consecratione & coronatione promovendi Cæsarem ad Imperium. *c. venerabilem X. de Elect.* sed & deponendi eundem *c. de sententia & re judicata in 6. & vacante Imperio Papa Imperator est. c. 7.* ne sede vacante aliquid innovetur in extravagantibus, ut qui utrumque gladium habet, & sub quo Imperium est *c. solite. X. de majorib. & obed.* Quibus suffragantur Canonistæ ferè omnes, qui volunt, quod Imperator offendens Papam in crimen læsæ Majestatis incurrat. *Hiron. Gigas tr. de crim. læs. M. lib. I Rubr. Qualiter & à quibus crimine læsæ M. committatur. quest. 2.*

XIII. Verum cum his non tantùm modo jus civile *l. deprecatio. 9. ff. ad l. Rhod. de fact.* sed etiam divinum *Luc. 22. vers. 25* Reges gentium dominantur, vos autem non sic. *Paulus ad Rom. cap. 13. in pr* Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, *1. Pet. c. 5.* neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis: resistat non absque causa pro Imperatore contra Papam contrarium statuimus. *vid. Henr. Boetius. de crim. L. M. c. 1. n. 34. & 35.*

XIV. An ergò Clericus, si contra Imperatorem insurgat, ejusq; vitæ insidietur, crimen læsæ Majestatis committat, quaestio admodum est controversa? Negativa sententiæ patrocinantibus manum porrigere videtur Pontifex R. *in c. 2. X. de for. competenti. & Innocent. in c. significantiibus X. de*

B off.



off. & potest. delegat. ubi ait Clericos esse exemptos à jurisdic-
tione Imperatoris, quod si ita est, profectò neque adversus
eum crimen hoc committent, ut post alios asserit *Nicol. Boer.*
tr. de sediti. sis. c. 6. n. 3. Rol. à Valle. cons. 4. n. 4. vol. 1. quibus
contradicat *Hieron. Gigas d. tr. lib. 1. quest. 63. & Tiber. Decian.*
in Pract. crim. lib. 7. c. 8. n. 6. Boc. d. tract. c. 1. n. 18. quorum
sententiam meo iudicio veriore existimo, per textum in
cap. ult. vers. nec aliquis de off. & potest. de leg. in 6. can. si quis lai-
cus vers. Episcopus 22. quest. 5. Neque etiam negari posse pu-
tò, fuisse ipsos Pontifices Clericosq; omnes olim ab initio
Jurisdictioni Imperatoris subiectos, & ab Imperatoribus
investitos ac depositos. Nonne Leo IV. Majestatis accusa-
tus coram Ludovico II. causam dixit? Nonne idem Leo ob
suscepta pro defensione Romæ arma Imperatori rationem
reddidit? Nonne idem Leo & Johannes VIII. Imperatoria
præcepta se servaturos profitentur? Et quis Benedictum X.
abrogabat, cuique Nicolaum II. substituebat? nonne Henri-
cus IV.

XV. Cæterum crimen hoc non solum re ipsa & effe-
ctu committitur *l. famosi 71 §. ult. ff. ad l. Ful. M.* sed & solo
exteriori conatu, aut exteriore voluntate *l. quisquis in pr. ibi:*
eadem enim severitate C. dict. 1. & Const. Carol. IV. in Aur.
Bull. c. 24. non tamen maledictis & impiis verbis. *Menoch.*
lib. 2. de arbitr. jud. quest. cent. 4. Cas. 377. n. 4. Carpz. pr. Crim.
pap. 1. q. 41. n. 109. & pluribus seqq. Dissentit *Bozerus. d. tr. c.*
3. n. 5. & arguit eos erroris, qui contrarium defendunt, cau-
tus opinionem tamen rectè refellit. *Carpz. d. l.* Olim ut ex
Paulo 7 Cto lib. 5. sentent. cap. 29. sub tit. ad C. 7. Majest. con-
stat, si qua verbalis injuria Imperatori & populo Romano di-
cta esset, legi de Majestate locuserat; Sic enim *Claudia V-*
estrali appii Cæci filia dies dicta est à Tribuno plebis, eaq; da-
mnata, quod verba quædam maledica in Pop. prorulisset, au-
tore

tore Livio? Sed cum & aliàs rigor hujus legis à bonis Principibus laxari debeat. *arg. l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. cæpit pedetentim remitti, & tandem obtinuit hoc crimen propriè verbis non committi, sed saltim facto, ut testatur Modest. in l. 7. circa fin. modò verba maledictionis per sese non sùnt vel seditionis, quibus ad arma contra Principem suscipienda concitetur populus l. 1. in fin. ff. ad l. Jul. M. vel turbulentæ acclamationes, quibus salus Principis aut Reip. pericliteretur l. 28. §. 3. ff. de pœnis, quales sùnt (moriatur vel occidatur Princeps, libertas &c.) Carpz. d. l. n. 12.*

XVI. Poena hujus criminis est honorum publicatio & confiscatio *l. 6. ff. ad L. J. M. l. 5. 6. 7. C. eod.* propter confiscationem verò pro graduum diversitate interdum vindicatur gladio. §. *publica a. Inst. de publ. Jud. l. 5. in pr.* ibi gladio feriatur *C. d. t.* aliquando de consuetudine, dissectione in quatuor partes, quas suspendant versus quatuor mundi plagas; de quo suppliciorum genere. *Clar. 5. sent. 8. lese Majestatis crimen n. 8.* Milites autem, quia in his poenæ exacerbari solent. *t. famosi 7. §. ult. d. t. l. quedam 14. ff. de pen. si transfugæ vel proditores sùnt ad bestias vel ad fuream damnantur l. 3. §. iis, qui ad hostem. l. 6. §. exploratores 7. ff. de re milit. illiq; si non redierint, sed hostes patriæ mancant, ubicunque locorum capiuntur, impunè & à quovis occidi possunt l. 3. §. ult. ff. ad L. Corn. de sicar. l. minimè 35. ff. de religiof. Et sùnt, Fun.*

XVII. Perduellionis crimen quia omnium est nefandissimum & sceleratissimum *l. ult. ad l. Jul. Maj.* graviori etiàm poenæ de eo couicti sùnt obnoxii, nam præter sectionem in quatuor partes, bona eorum paterna omnia fisco addicuntur, exclusis tam ascendentibus quam descendentibus, & collate alibus, nisi quod filiabus falcidia sive legitima ex bonis saltem maternis detur, *l. quisquis 5. C. d. t. Aur. Bell.*

B 2

Carol.



Carol. IV. c. 24. uxoritem rei suæ dotem donationis titulo recipiat; Ad hæc memoria ejus tam vivi quàm mortui damnatur *l. cum filius 76. §. ult. de legat. 2. §. per contrarium 5. de Hered. que ab intest. deser. l. ult. ff. ad l. Jul. Maj. l. 6. 7. & ult. C. eodem. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 1.* Cui etiam accedit, quod damnatus perduellionis causa non lugeatur *l. liberorum 11. §. non solent. ff. de his qui not. infam.* nec ejus filii jus sepulturæ habeant. *l. 5. §. interdum 3. ff. de suis & leg.* Ideò autem *Cicerotz. Epist. ad Brutum,* paternam poenam in perduellionum & Proscriptorum liberos permeasse voluit, ut charitas liberorum parentes reddat eò mitiores; & ad Eundem *Epist. 17.* severiores poenas in liberos ferri tradit, causa exempli: quam enim alias ibi debeat esse poena, ubi noxa *§. 1. Inst. de noxal. act.* neque filii iniquitatem patris portare debeant *l. 4. Reg. 14. 2. Paral. 25.* id tamen in atrocioribus nequaquam recipitur, metuunt enim leges si superviverent, vindices, ac imitatores tam horrendi sceleris existant. Verum de bonis reo adimendis, & fisco adjudicandis non levis orta est inter JC. pugna. Utrum ipso jure reus criminis Majestat. sua bona amittat, an verò condemnatione demum secuta? Prius affirmat *Jul. Clar. l. 5. sent. & lesa Majestatis num. 9. Petr. Theodor. in coll. crim. disp. 5. th. 6. l. 2. Menoch. cons. 99. num. 60. 61. 62.* Nos cum *Dômino Carpozio pr. Crim. quest. 41. sub quest. 7. 8. 100. Henrico Bozero intr. de crim. les. Maj. cap. 3. num. 22. Fachinaol. 9. contr. jur. c. 35.* contrarium statuimus, per *l. fin. C. ad C. J. Maj.* ubi expressè dicitur, quod convicto Majestatis Reo ejus bona successoribus eripiantur, & fisco vindicentur. Antequam igitur Reus Majestatis convictus ac per sententiam declaratus fuerit, bona ipsius ad fiscum non spectant. Idemque expressè disponitur in *Aur. Bull. tit. 24. §. Wir wollen auch / in verb. daß auch nach dem Tode des schuldigen dieses Laster angefangen werden möge / damit / so der Bese*

Verstorbene überwunden/sein Gedächtniß verbampi/und die
Güter dessen Nachfolgern entzogen werden/ *Sc. 5 in fin. d. l.*
24. Da man befinden würde/ da solche Persohn hierin schuldig
gewesen. *Atque hæc de crimine læsæ Majestatis humanæ,*
sive quod Julia vindicatur: Sequitur nunc crimen læsæ Maj.
Ecclesiasticum.

XVIII. *Læsæ Majestatis crimen Ecclesiasticum est il-*
lud, quod aduersus fidem & Ecclesiam Catholicam ejusque
securitatem admittitur l. 4. an. b. Gazaros l. quicung. 3. C. de
heret. l. 2. C. de his, qui ad Ecclesiam confug. C. un. de schismat.
N. 77. Securitas autem Ecclesiæ consistit in veritate fidei; &
vero DEI cultu. Quicquid igitur illam securitatem impu-
gnat Majestatis læsio erit; Dividi autem hoc crimen læsæ
Majestatis non incommodè potest in blasphemiam, & ve-
ritatis divinæ prodicionem.

XIX. Blasphemia est dictum contumeliosum in Ma-
jestatem divinam *Petr. Theodos. in Colleg. crim. disp. 5. th. 5. l. B.*
Clar. 5. sent. 5. Blasphemian, 1. 2. Dn. Carpzov, Pr. Crim. quest.
45. num. 1. Quod crimen est gravissimum & omnium nunc
maximum: longè enim gravius est, æternam quam tempo-
ralem offendere Majestatem, *aut b. Gazaros C. de her. & Man.*
ut itaque Domino, qui nos condidit, sanctissimum no-
men illibatum, & honos sanctus permaneat, qui honoran-
tem se honorat. *1. Sam. 2. v. 30. & Inst. Novell. 77.* ob blasphe-
mias verò si nõ vindicetur à Magistratu auferente malum de
medio sui, publicæ calamitates generi humano, veluti fames
terræ motus & pestilentia oboriantur. Constituit Impera-
tor Carol. V. ut si quis blasphemò ore DEUM. Optimum
Maximum impietatis, impotentia ve insimularit: & vel adi-
mit DEO, quæ ipsius naturæ, Majestatiq; conveniunt vel tri-
buit eidem, quæ ab ipso sunt aliena; vel DEO maledicit, ille
dignus sit supplicio, id quod etiam statuit *Imp. Jus. Nov.*



77. §. 5. Quoniam quidam. vid. Matth. Stephani ad conf. crim.
Car. V. art. 106. n. 1.

XX. Sed utrum Blasphemia etiam in sanctam Virginem Mariam & alios Sanctos committi possit, quaritur? Pontificii uno ferè ore tradunt, Blasphemiã æque in B. Virginem & sanctos committi, ac in ipsam DEUM. Per text. in c. statumus 2. X. de maled. vid. Jul. Clar. lib. 5. sent. S. Blasphemian. 1. Damhaud. in pr. crim. c. 61. n. 11. Negativa tamen sententia in reformatis nostris Ecclesiis verior videtur; nisi convitium tale sit, per quod enormiter DEI Majestas lædatur, tunc meritò poena in Blasphemos sancita puniri debet. Atq; hinc Scabios Lipsienses hujusmodi conviciatori, non obstante exceptione ebrietatis, poenam virgarum cum perpetua relegatione dictas esse patet ex sententia post: Weichbild fol. 158. sub titulo von Gotteslästerung & c. ubi habetur hat N. Marien die Mutter Gottes eine Hure geheissen / so möget ihr Jhn ungeacht seiner Entschuldigung / als sollte Er solches in voller Weise gethan haben / darumb zur Staupen anschauen / und ewiglich verweisen lassen / hinc additã clausulã: Es were Sache / daß die Leute / so umb Jhn gewest / sagen würden / daß Er so voll und truncken gewest / daß er nicht sehen mögen / auch seiner Vernunft so groß entsetzet / daß er nicht gewust / was er geredet / solche Trunckenheit möchte Jhn etwas entschuldigen / & c. Vid. Georg. Schults ad inst. tit. de publ. Jud. l. O. in fin. Dn. Carpz. Pr. Crim. quest. 45. subq. 10. n. 73. & seq.

XXI. Divinam verò Maj. per blasphemiam lædens jure canonico ex Pii Papæ præcepto, si in Ecclesiastico ordine est, deponitur, si laicus, anathematizatur l. si quis per capillum 9. caus. 22. quest. X. Quam poenam postea Gregorius IX, non nihil mitigavit, constituens, ut blasphemans in septem diebus dominicis præ foribus Ecclesiæ in manifesto (dum aguntur missarum solemnia) existens ultimo illorum die

die dominico pallium & calceamenta non habeat, ligatus corrigiâ circa collum, septemq; præcedentibus, sex feris in pane & aqua jejuner, Ecclesiam nullatenus ingressurus; Quolibet quoque prædictorum dierum tres, si poterit, alioquin duos reficiat pauperes, sive unum: Et si nec ad hoc ejus suppetant facultates: id in poenam commutetur, cui etiam si renuerit recipere ac peragere poenitentiam supradictam, Ecclesie interdicatur ingressus, & in obitu Ecclesiastica careat sepultura, uti dispositum reperitur in *C. statuimus 2. X. de maledictis*. Jure divino in Blasphemos poena mortis statutæ est, ut nempe illi extra civitatem educantur, & lapidibus obruantur *Lev. 24. v. 13. 14. & seqq. Dan. Noller. ad Const. Elect. 1. part. 4. n. 3.* à quo non recedit jus civile, quo Blasphemi æquè ultimo supplicio adficiuntur. *Nov. 77. c. un. §. precipimus 2.* hâc tamen limitatione, ut prius admonitio Blasphemis, quo poenitentiae detur locus: si verò in tali sceelere perseverent, ultimum supplicium illis irrogari jubetur *Peinliche Halsgerichts Ordnung Car. V. art. 106. Vigil. in d. Const. Car. 106. tit. de Blasphemia. Policy Ordnung zu Augspurg de An. 1548. sub, tit. von Gotteslästerungen/vers. Nämlich so iemands in verb. Der soll am Leben / oder mit Veremungentlicher Glieder / wie sich nach Gelegenheit der Personen / und geübter Gotteslästerunge / auch Ordnung der Rechten / eigenet und gebühret / peinlich gestrafft werden. Vultej. & Schneid. ad §. publica 3. hic Wesemb. par. ff. ad l. Jul. Maj. num. fin. Georg Schulz ad Inst. . tit. de publ. Jud. l. d. Thomas Lindenman ad Inst. disp. ult. th. 16. Dn. Carpov. d. q. n. 2. & seqq.* in foro quoque Saxonico: is qui Blasphemiam immediatè contra DEUM, vel ejus humanam naturam commisit, secundum qualitatem delicti vel ultimo supplicio, vel mutilatione quorundam membrorum (quæ verba de lingua quâ delictum commissum est, interpretatur *August. Elect. Sax.*

*Sax. in Novellis suis p. 4. const. 1. qui verò in publico ad fores
templorum, curiarum numellæ inclusione, & insuper pœ-
na pecuniaria, aut si in delicto perseveraverit, relegatione)*
punitur, uti videre licet *ex ord. Provinc. Elect. Mauritii Anno
1550. post pr. t. Von Gotteslästerungen / Fluchen und Schwes-
ten. Ord. Provinc. Elect. Aug. Anno 1555. 1. Gotteslästerung/
Novell. Elect. August p. 4. const. 1. Torg sehe Ausschreiben An-
no 1585. 1. Von Gotteslästerungen / Fluchen und Schweren.
Georg. Schulz d. l. Carpzov. d. l. Berlich. concl. 1. & 2. per tot.
Matth. Stephan. ad art. 106. constit. Car. n. 1.*

XXII. Proditio divinæ veritatis aut fit hæresi, vel A-
postasia, vel Paganismo, aut Schismate.

XXIII. Hæresis est quasi Electio, seu electa opinio,
quod in varietate opinionem unam eligimus sequendam,
nomen ductum à Græco verbo *αἵρεσις*, h. e. eligo; Ita Isocr.
Orat. de pace, πρὸ τῶν αἵρεσις ἀναγεγνησθῆναι μοι αἵρεσις, Electio
mihi datur. *Cujac. par. C. de heret. ut ita ambiguum sit, in u-
tramque, bonam & malam partem vocabulum l. ult. C. de
pact. §. ult. Inst. de legas. Mala verò hæresis (de qua nos) est
illa, quæ veritatem fidei impugnat, & definitur pertinax Er-
ror in articulis fidei & religione Christiana, per l. 2. 37. §. C. de
heret. C. heretici. c. inter c. hæresis. c. qui in ecclesia. 24. q. 1. 1. ad
Timoth. 6. 3. & 4. 2. ad Timoth. 3. 9. Wesenb. ad t. C. de heret in-
part. unde Dn Carpzov. pro crim. p. qu. 44. n. 7. ex Joban. Affel-
man. in disp. de heret. fer: non auferend. personam inter Ec-
clesiæ gremium, quæ articulum aliquem fidei, sive directè
sive indirectè pertinaciter, & malitiosè non sine Ecclesiæ of-
fendiculo oppugnat, vid. etiam D. August. de util. credent. D.
Ibom. in 2. secund. q. N. art. 2. resp. ad arg. 3.*

XXIV. Pœna hæreticis quæ sit jure civili statuta non
usque ad eò inter omnes convenit. Pontificii, qui ubera An-
tichristi sugunt, uno ferè ore affirmant, eos ultimo supplicio
aff.

afficiendos esse, *Jul. Clar. 5. sent. §. heresis. Petr. Gregor. Theolofan. lib. 12. de Rep. C. 4. sect. 10. unâ cum bonorum publicatione l. 1. 2. de heret. idque putant (1) probari consuetudine, quæ est optima legum interpret. si de interpretatione. ff. de LL. deinde ex Johanne 15. v. 6. si quis inquit in me non manet, mittatur foras, & statim sicut palma arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, Damb. c. 61. n. 8. & seq.* A quorum tamen partibus non sto, sed cum orthodoxis Evangelicis statuo, hæreticos prius placidè admonendos esse, quod si non respiciant, vitandos & excommunicandos, ne bonos inficiant, sed verecundiæ pudore suffusi respiscant & ad cætera membra, quibus abscissi erant, applicentur. Quod si adhuc dogmata sua pertinaciter retineant, aliosq. doceant, exilio plectendos, nequaquam verò ultimo supplicio afficiendos esse. *Job. Gerb. in loc. de Mag. Polit. n. 317. & seq. Meissn part. 3. Phil. s. sobr. sect. 2. c. 2. q. 6. Dn. Carpz. d. quest. 44. n. 30. 31. Idem quoq. sensisse B. Luth ex ipsius scriptis manifestò constat, quando inquit tom. 2. Jen germ. fol 180. Weltliche Obrigkeit soll zu srieden seyn und ihres Dinges warten / und lassen glauben sonst oder so / wie man kan und will / und niemand mit Gewalt dringen / dennes ist ein frey Werck umb den Glauben / darzu man niemand soll zwingen / ja es ist ein Göttlich Werck im Geist / geschweige dann / das euserliche Gewalt solte erzwingen. fol. 318. Es stehet in der Legenda Johannis, non placent DEO coacta servitia, und wann schon dieselbe Legenda das nicht sagete / so haltenes doch alle Schrifften in sich. Tom. 4. Jenens. germ. fol. 408. Man soll ja einem ieden glauben lassen was er wolle / glaubt er unrecht / so habe er gnug Straffe am ewigen Feuer in der Hölle / warumb will man sie denn zeitlich martern / so fern sie am Glauben irren / und nicht daneben aufrührisch / oder sonsten der Obrigkeit wiederstreben; Mit der Schrifft und Gottes Wort soll man ihnen wehren / un̄ wiederstreben / mit Feuer wird man wenig*

E

ausreich

austrichten. Tom 7. fol. 144. Es ist nicht Evangelisch noch Christlich mit Verfolgung wieder die Ketzer zu sechten etc. Nihil enim absurdius, quam fidem in animâ, quæ spiritus est, cogere velle, cum assensus, qui fidei pars est, sit à Deus à voluntate elicitus.

XXV. Apostasia est defectio à fide Christiana 2. *Theff. 2. v. 1. C. d. Apost.*: quando omnes fidei Articuli ex professo abjiciuntur, cujusmodi sunt, qui hodie à fide Christiana defestentestranseunt ad Judæos, Turcas. *l. 1. C. de Apost.*: multoq; deterius hoc crimen hæresi esse putamus; turpius enim est & sceleratius veritatem semel agnitam abjicere. 2. *Petr. 2. v. 20. 21. Luc. 12. v. 17. Heb. 9. v. 7.* quam nunquam cognovisse, facit à simili *l. 3. § ult. ff. de re milit.* Apostasiam Canonistæ faciunt triplicem, unam fidei seu perfidiæ, alteram inobedientiæ, si quis votum religionis non observaverit *Damb. prax. crim. c. 61. n. 46. in pr.* item si Monachus non obtemperet suo Abbati, nec Abbas Episcopo, nec hic Archiepiscopo, nec hic Papæ, de quo *in c. 2. § c. illud X. de Major. Ter.* tiam irregularitatis, quando ille, qui monachatum assumpsit, abierit recepto habitu seculari, *text. § gl. in l. ult. C. de Apost.* sed hæc duo posteriora genera propriè non sunt apostasia, uti nec quælibet inobediencia, aut militiæ mutatio, & ad hostes defectio:

XXVI. In Apostatas quamvis jure Divino ultimû supplicium sit constitutum: *Deut. 13. v. 7. 8. 9. 10* Civilibus constitutionibus neque exilium, neque mortis pœna constituta est in eos, sed tantum ut sint intestabiles, eorumq; bona publicentur *l. ult. l. 3. C. de Apost.* & publicata aut fisco aut orthodoxæ Ecclesiæ, vel orthodoxis eorum liberis addicantur, nec cuiquam ab intestato succedant, neque ab intestato succedant, neque ab orthodoxo quid emant; quas pœnas ad eos solum Apostatas extendi volumus, qui opinione sunt tales

tales l. 1. 2. 3. 4. C. de Apost. Jul Clar. qu. 78 n. 4. Ceterum, si etiã alios ad sectam suam trahere ausi fuerint, tum vel relegatione, vel deportatione, bonis publicatis coërentur. l. pen. C. d. t. quin imò si mala sacrificia Diabolo fecerint ex SC. vel constitut poenæ L. Corn. de Sic. subjiuntur l. ex SC. to. 17. ff. ad L. Corn. de sicar. Dubitare autem hîc nonnullos video, cum hæreticis poenitentibus Ecclesia gremium non claudat, in tantum ut etiam poenam remittat, idemne sit constituendũ in Apostatis? Nobis certum est per poenitentiam recipi quidem Apostatas in Ecclesiæ communionem, poenas autem Apostasiæ non remitti. Etsi enim ea, quæ in opinione consistunt, poenitentia tolli possint, etiam quoad poenam l. cognit. ubi. D. l. & Gl. ff. de poen. quæ tamen facto perficiuntur, ut Apostasiæ, sacrilegium, Furtum, fuga, poenitentia non tolluntur, nisi poenæ luitioe c. peccatum 4. & seq. c. peccatum cum ili not. d. R. J. in 6. l. fugitivus 225. ff. de V. S. Tiraq. de poenæ mitig. c. 28.

XXVII. Paganismus est Cultus Dæmonum & Idolorum Gentilium, qui fiebat potissimum nefandis sacrificiis, quæ passim describuntur à Luc. Lucian. in aur. asin. & indicantur in l. 1. 2. 3. C. d. pag. Cum enim prima crescente Ecclesia non poterat falsa hæc opinio excuri rudioribus, neq; etiam consultum esset, eos vi ad verum DEI cultum pertrahere, Imp. permiserunt paganis, ut possent vivere sine offensione inter Christianos l. Christianis C. de pagan. sacrificia tamen non permittebant, templa claudebant l. 1. d. t. fisco ea vendicabant aut Ecclesiæ donabant l. 5. C. eod. Paganis æquiparantur Judæi, quorum conditio quidem jure canonico tolerabilior est quàm paganorum d. 1. C. de Judæis & Calicol. neq; poenis subjiuntur, quatenus sunt Judæi, & Judaïsmum sectantur d. t. sed quatenus ad eum alios pertrahere, & dogma suum propagare conantur l. Judæus 18. C. de Judæis & Calicol. Quæ quidem Judæorum libertas conceditur iis, qui cœlicola non sunt



sunt, sectatores enim coelicolarum poenis subjiuntur. In paganismum verò & Judaismum simpliciter consideratū nulla alia est constituta pena, quàm quod non possint esse capaces bonorum *l. ult. C. de Juda: & coelic.* & jure Rom. civitatis cum orthodoxis. Item Judæi, quod possint quidem habere Synagogas *l. 3. l. pen. & ult. C. d. t.* ac fulcire easdem, non verò novas construere *d. l. ult.* nec interim aliquem ad Judaismum assument, neque dogma suum propagabunt, quā etiam de causā Jus connubii Judæis cum Christianis non est *l. 6. C. de Jud. & coelic.* Pagani, si templa sua aperiant, & sacrificia idolis faciant gladio ultore sternuntur *l. 1. §. 1. & 2. C. de pagan. & sacrific.* & ut Imperatores *in l. 7. C. eodem.* ajunt proscriptioe ultimum supplicium subeunt, adeò ut conscii & ministri tam nefandi sacrificii eadem poenā afficiuntur. *d. l. 7.*

XXVIII. Schisma est Ecclesiasticæ unitatis ac pacis difsecatio, quo fidelium societas in partes ac studia scinditur, idque modò cum hæresi conjunctum est, modò sine hæresi *l. quicumq; 8. C. de Hæreticis.* hoc levius illud tanto gravius est delictum, quanto pejor est error, ob quem hæc difsecatio contingit, asimulatur enim seditioni, & authores schismatum instar seditiosorum habentur, ideoque poena in illos statuitur arbitraria, quo faciunt *t. t. Ju. Canonici de Schismaticis*, nam in civili nihil peculiariter de iis statutum reperitur.

XXIX. Ambitus ab ambiendo, seu à cupidine sic dictus, in partem Status committitur de quo ille tenetur, qui suffragium de adipiscendo magistratu mercatur *l. un. §. 1. ff. ad l. Jul. de Amb. Wesenb. in Par. eod.* Jure Canonico Simonia dicitur à Simone Mago (de hujus vita & morte *vide Niceph. Callist. l. 2. c. 27. c. 11. c. 19. c. 21. g. 1.*) Is Spiritum Sanctum ejusq; dona pecunijs numerandis à Petro Apostolo emere tenta-

tentavit, ut deinde vendendi signa, lucraretur *Aet. Apost. c. 8. v. 18. & seq.* Desinitur, quod sit rerum spiritualium illisq; annexarum cum aliquo temporali pretio ex quovis contractu commutatio, *Hackelm. diss. 1. Can. ult. tb. 1.* Delicti hujus de jur. civ. pœna est centum Aureorum cum infamia *d. l. un.* interdum deportatio *Dd. ad d. l. Tr. vol. 2. diss. 32. tb. 9.* De jure Canonico est pœna vel gravissima Laicis & Clericis communis, ut excommunicatio *c. 2. Extravag. Comm. de Simon. vid. In. Carpz. Jurispr. Eccles. l. 2. def. 284.* vel Clericis solis propria, utpote Depositio, quæ iterum vel totalis; *c. 5. dist. 24. c. 3. c. 8. c. 10. q. 1. c. 11. 13. de Sim. vel partialis.* In illa etiam sententia judicis opus est, cujus arbitrio relinquitur, *Menoch. de Arb. Cas. 415. num. 19.* In nostris terris Princeps jus removendi exercet, per consistoria *vid. ord. Eccl. Elect. Sax. tit. Von ober Consistorio. rubr. Wie weit sich des Synodi Ampt & c. art. gen. §. 16. in f. Coller alsobald seines Ampts & c. Ad Ordin. Eccl. Arch. Magd. c. 18. §. 10. & c. 26. 8. 19.* Partialis est suspensio. *c. 4. extra de Simon. aliqualis & ad tempus ab officio Clericali facta abdicatio; ut ita videatur lite pendente quasi privari possessione officii, quando scil. infamatus de simonia & præsumptionibus gravatus, nondum tamen convictus, ne tamen ob scandalum datum & propter indicia culpæ immunitis sit ad tempus removetur c. 19. 30. extra d. 1. & hæc pœna in Ecclesiis Evangelicis itidem usitata est *Reinking. de R. S. & Eccles. l. 1. Cl. 2. c. 2. n. 16.* Præterea etiam Simoniacos aliæ sequuntur pœnæ, ut Expulsio ex Monasterio apud Pontificios *c. 25. c. 30. ibiq; Gl. Renunciatio beneficii per c. 115. q. 1. de Episcop. & Cler. que Canonizata in c. 4. q. 3. plur a vide ap. Zocs comm. in Decr. de Simon. n. 102. cum seqq.**

XXX. Quæ in res ad Statum pertinentes committuntur, sunt crimen peculatus, Residuorum & fraudatæ annonæ.

XXXI. Peculatus est furtum pecuniæ publicæ, siue res sit sacra siue religiosa, siue profana. *L. sacrilegi 9. §. Labeo L. qui perforavit xi. l. i. l. 4. l. qui tabulam ff. ad L. Jul. peculat. §. 9. Inst. de publicis iudiciis Wesenb. in ff. ad L. Jul. pecul. n. 2. Harpr. de publ. iud. §. 9. n. 3.* furtum dixi, nam si sine subtractione, & interuersione fiat, non est peculatus crimen, veluti si quis à fisci debitore in fraudem licet fisci eximat debitum, vel etiam viliori pretio emat, *l. peculatus 12. ff. d. 1.* Est autem hoc crimen peculatus duplex, publicæ rei quod propriè peculatus, & rei sacre vel religiosæ, quod propriè sacrilegium dicitur, idque semper in re sacrâ, ubicunque etiam locorum sit, committitur, si à sciente dolo malo surripiatur. Unde Gratian. inquit, Sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, siue sacrum de non sacro *C. si quis contumax §. sacrilegium ergo est 17. q. 4.* Sed an sacrilegii sit reus, si quis rem non sacram ex loco sacro abstulerit dubitationis omnino non est expers? huiusmodi rei nomine furti actionem dari, non sacrilegii, disertè respondit Marcianus in *l. Diuis ff. ad L. Jul. Pecul. in verb. res privatorum*, si in ædem sacram depositæ surreptæ fuerint, furti actionem non sacrilegii esse. *Harpr. ad Inst. disp. 32. th. 4. lit. b.*

XXXII. Peculatus pœna propter varietatem specierum variat; Sacrilegii pœna regulariter capitalis est. Sacrilegi quippe pro qualitatè rei vel ad bestias damnantur vel vivi exuruntur, vel furcis suspenduntur; vel perpetuo exilio mulctantur; vel alia capitali pœna, ex consilio prudentum afficiuntur. *l. sacrilegi 9. in pr. §. l. 4. §. 2. l. hac lege. 10. in fin. ff. ad l. Jul. pecul. ordin. crimin. Carol. art. 172. §. ibidem Matth. 3. Stephan.* pœna peculatus ordinaria, est ex *L. Jul. deportatio §. 11. Inst. de publ. iud. l. 3. ad Leg. Jul. pecul.* excepto uno atque altero casu quo est tantum pœna quadrupli. *L. sacrilegi 6. §. ult. l. pen. ff. ad L. Jul. pecul.* Iudex verò intervertens pecuniam publi-

publicam, quam administrabat, capite damnatur *l. un. C. de crim. pecul.*

XXXIII. Crimen residuorum sive pecuniarum residuarum est pecuniæ publicæ ad usum publicum acceptæ retentio, vel ex parte, vel in solidum *l. 4. §. lege 3. ff. ad L. Jul. pecul. Giphart. in §. sunt præterea. ii. vers. L. Jul. de residuis Inst. de publ. Jud.* Publicam intelligimus pecuniam non solum populi Rom. sed & aliarum civitatum, quarum bona velut publica habentur *l. 15. 16. 17. d. v. §.* Etsi enim ab initio lex Julia de Residuis lata fuit de pecunia populi Rom. quam Præsides, Prætores, Quæstores & alii officarii cum in urbe, tum in provinciis coëgerunt, Principum tamen constitutionibus æquè ut de peculatu, ad alias civitatum pecunias extensa lex est *arg. l. 48. fin. ff. de peculat. Duaren. 2. disp. anni. vers. 26.* Hujus delicti pœna est, ut damnatus præter infamiam *l. rescripto §. debitores ff. de muneribus.* etiam tertia parte amplius, quam debet mulctetur *d. l. 4. §. qua leges. Minsing. ad §. præterea 15. Inst. de publ. Jud. Gothofr. in not. ad d. §. iniquiens:* non modo reliqua quæ habet, sed & amplius tripli pœna punitur, quin & quadrupli *d. l. Sacrilegii §. in fin interdum dupli l. ult. C. de frument. urb. Constantinop.* Quin imò etiam usuras Solvere tenebitur: *l. fin. in fin. ff. de admin. rer. ad civil. pertin.*

XXXIV. Annonæ flagellatio committitur ab eo, qui anno nam publicam fraudavit, vexavit *L. 1. ff. ad L. Jul. de annon.* vel quid dolo fecit, ut annona carior fieret *d. l. 1. §. c. d. 1.* Coërentur annonæ fraudatores vel pœna pecuniaria *d. l. 2. in fin. ff. ad L. Jul. de anno:* vel relegatione *l. annonam §. ff. de extraord. crim.* Eos autem, qui non carius vendendi causa, sed ideò annonam conservant, ut subveniant Reip. si aliquando egeat, vel sibi servant, pœnis hujus legis non subiacere est verius, nemo enim res suas viliori pretio distrahere cogi-

cogitur, l. 3. ff. ad l. Jul. de ann. nec privatis res suas fervanti-
bus pretium imponi debet, l. 9. ff. de act. rer. amot. Imò po-
tius qui eâ mente servat, dignus est laude, exemplo Josephi
Gen. c. 41.

XXXV. Sequuntur nunc ea crimina, quibus non im-
mediatè quidem Status publicus læditur, attamen singulari-
ter tendunt ad publicæ securitatis turbationem, atq; reipubl.
perniciem: veluti: Plagium, Homicidium, Coitus illicitus.

XXXVI. Plagium ἀπό τῆς πλαγίς sic dictum, est sup-
pressio hominis liberi & alieni servi intervertendæ servitu-
tis, Jurisq; gratia l. 3. §. 5. & 6. ff. ad L. Fab. de Plagiar. l. 2. §. eum
qui C. eod. l. si abducta 10. C. de furt. excipere hic cum Harpr. ad §.
10. de publ. Jud. & alius placeat parentem, qui liberos suos ob
extremam penuriam nimiamq; famem distrahere cogitur
l. 2. C. d. patre qui fil. distr. poena hujus delicti olim capitalis
non erat, sed ex l. Fab. de plagiar. pecuniaria l. fin. ad L. Fab. de
plag. postmod. ex constit. cœpit aliquando esse poena metal-
li, vel si liberos homines quis parentibus, ut eos orbatos fa-
ceret, intercept, gladii poena l. 7. C. d. t. Wesenb. ad d. l. n. 4.
nonnunquam etiam in humilioribus damnatio ad bestias
l. f. C. eod.

XXXVII. Homicidium est violenta vitæ hominis ad-
emptio, animæq; separatio ab homine facta. Wesenb. in ff. ad
L. Cornel. de sic. n. 4. Altb. l. 1. Jur. Rom. c. 55. dixi ab homine fa-
cta, quando enim à fera vel bruto animali quis interficitur,
propriè non est homicidium, sed pauperies. Inst. & ff. si qua-
drup. pauper. fec. se dic. quia cum injuria homicidium conjun-
ctum. Clar. 5. sent. ad §. injur. in pr. brutum autem animal
nil facit cum injuria, l. 1. §. ait prator ff. si quadr. pauper. fe-
cis. dic. hominem verò intelligimus cujusunque sit sexus
aut conditionis l. 1. §. 2. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. 2. C. eod. l. in
Neratius §. si. dolo ff. ad l. Aquiliam, tam foeminas, quam mares,
tam

280

tam adultos, quam infantes, l. 1. ubi Gadd. n. 22. & seqq. l. bo-
minis. 152. l. pronuntiatio ff. de V. S. Trentl. dispuc. 2. tb. 1. l.
C. V. 1.

XXXVIII. Homicidium vel est verum vel qs. verum;
verum rursus vel est voluntarium sive spontaneum, aut ca-
suale sive involuntarium, voluntarium rursus vel est dolo-
sum, vel coactum, per rubr. X. de homicid. volunt. vel Casu. &
Clement. de homicid. volunt. aut casual. Wesenb. in ff. ad L. Corn.
de Sicar. n. 5. & 15. Vult. l. 1. Jpr. Rom. c. 48. n. 10. & 12.

XXXIX. Verum est, quod dolo malo & animo oc-
cidendi committitur l. 1. in pr. §. 1. & 3. l. Divus, 14. ff. ad L.
Corn. de sic. Doli autem mali appellatione non fictum, sed
verum, neque etiam latam culpam comprehendimus, cum
in criminalibus propriè & abusive, verè & non fictè verba
accipi debeant. L. in l. 7. ff. d. t. c. 15. c. 49. de R. J. in 6. facit. l.
pen. & l. perspicendum 11. ff. de pœnis. Licet verò dolus & ani-
mus occidendi multis indiciis demonstrari possit, de quibus
Clar. in §. homicidium. n. 5. aliq; complures, maximè tamen
probatur ex armorum genere l. 1. 83. ff. ad L. Corn. de sic. tum
percussionis reiteratione, tum ensis evaginatione. Quid?
num ergo dolus & animus occidendi in eo præsumendus e-
rit, qui aliquem lapide, fuste, baculo aliq; instrumento ad
hominis occisionem verosimiliter non apto interemerit? Et
non præsumendum voluit Wesenb. in ff. ad L. Corn. de sic. n. 9.
Foman disp. 36. tb. 14. quam sententiam uti æquorem ita de
jure verioreme tuebor per l. 1. S. Divus. ff. ad L. Corn. de sic.
l. cum qui C. d. t. c. significasti X. de homicid. Nihil autem inter-
est, utrum quis ipse occidat, an alteri opem vel auxilium, aut
quocunque modo dolo malo mortis causam præbeat l. nihil
15. ff. ad L. Corn. de sic. l. non solum 11. §. si mandatam 3. ff. de
injuris. Wesenb. in ff. d. l. n. 43. quod enim per alium facit
per seipsum facere videtur c. qui facit 72. de R. J. in 6. ardua

D

hinc

hinc & à multis agitata oritur quæstio : an si quis alterum tantum maadet vulnerari, cum expressâ inhibitione, ne occidat l. Corn. teneatur, si mandatarius mandati fines excedat eumq; occidat? & non efficiendum mandantem homicidii pœna ordinaria, sed extra ordinem coercendum esse Dd. communiter opinantur argumento legis L. Corn. 1. in. pr. ff. §. Drows 3. ff. ad L. Corn. de sic. junct. l. sancimus 22. C. de pœnis. L. ejusdem legis 3. §. adjcto 2. vers. sed ex Sc. ff. ad l. Corn. de sic. Georg. Schultz ad Inst. tit. de publ. Jud. l. O. q. 3. Fachin. lib. 1. controu. c. 36. Arum. Exercit. Inst. 15. tb. 9.

XL. Quasi homicidium est, si quis hominem circumcidit vel castravit, aut seipsum castrandum præbuit l. 3. §. 4. l. 4. §. 2. l. 5. §. 6. l. circumcidere. 11. in pr. ad l. Corn. de sic. Cum enim nemo sit Dominus membrorum suorum l. liber homo 23. ad L. Aquil. etiam in sese committere homicidium quis perhibebitur l. omne delictum 6. §. qui se vulneraverit ff. de re milit. l. ult. §. sic autem ff. de bonis eorum qui ant. sent. mort. sibi consc. sed nec illum ab homicidio eximendum putamus, si quis hominis necandi aut furti faciendi, vel intervertendæ possessionis causa cum telo ambulaverit l. 11. in pr. l. 3. l. item 15. ff. ad L. Corn. de sic. l. is qui cum telo 7. C. eod. Præsertim cum non solum exitus, sed etiam voluntas sive conatus in hoc maleficii genere spectetur l. 11. ff. d. t. Hodie tamen omnium locorum generali consuetudine receptum est, ut conatus homicidii pœnâ ordinaria l. Corn. non puniatur; sed ordinariæ pœnæ extraordinaria mitior succedat secundum Dd. communiter, adèd ut quamvis occidendi animus hominem cum telo vulneraverit, minimè tamen effectu secuto non, ordinaria homicidii pœnâ, sed mitiori extraordinariâ puniendus sit. Atque ita judicatum fuisse refert Matth. Wesenb. in par. ff. ad L. Corn. de sicar. n. 16. vers. ac verè mihi dixisse videtur Clar. 5. sect. §. fin. quæst. 92. concordat

P. H.

587.
P. H. D. art. 78. rubr. Straffe unterstantener Mißthat/
ubi habetur daß solcher böser Will/ in einem Fall härter denn
in den andern angesehen Gelegenheit/ und Gestalt der Sache/ur
gestraffe werden soll. Nec discrepat Jus Saxon. Lehen c. 59.
ante fin. ubi habetur. Es geschicht an Willen noch an schlech-
ten Worten keiner Gewalt/wann keine That darnach folget. vi-
de Schulcz ad inst. de publ. jud. l. P.

XXI. Dolosi & voluntarii homicidii poenam quod at-
tinet, olim erat illa deportatio & omnium bonorum confi-
scatio, successu temporis nobiliores in insulam deportari &
humiliores ultimo supplicio affici coeperunt l. 3. §. pen. l. 16.
ff. ad l. C. de sic. hodie verò in omnibus personis est capitalis.
l. 16. l. 3. §. 5. ff. de pœnis. Clar. 5. sent. §. Hom. n. 18. & seqq.
quod etiam confirmatur P. H. D. art. 137. & 148. ibi: Ein
Mörder oder Todtschläger. Cui consonat jus divinum. Exod.
21. v. 12. Levit. e. 19. v. 15.

XXII. Poenæ excusationem meretur homicidium ca-
suale, sive involuntarium l. eum qui C. ad L. Corn. de sic. præ-
terea commissum à dormiente & infante, l. infans. 12. ff. eod.
L. illud relatum ff. de injur. Clement. in tit. de homicid. nisi in-
fans proximus pubertati sit doli capax, tum enim arbitrio
judicis plectitur l. 37. §. 1. de min. Sed neque illud poenam
merebitur, quod committitur defendendi sui gratia, quod
enim quis ob tutelam sui corporis fecit jure fecisse existima-
tur l. sed & §. quæri ff. quod met. caus. modò inculpatæ tute-
læ modum non excesserit l. ut vim. ff. de J. & J. l. 45. §. qui
eum aliter ff. ad L. Aquil. l. 1. §. vim vi ff. de vi & vi armat. C.
significasti 18. §. quod si verò X. de homicid. Atque hæc de homi-
cidio, succedit nunc Parricidium.

XLIII. Parricidium licet in genere quodvis signifi-
cet homicidium, quasi quod sit hominis paris occisio, juxta
l. 2. §. & quia 23. ff. de orig. Jur. Harpr. ad §. asia. deinde lex, n.
2. Inst

2. *Inst. de publ. Jud.* propriè tamen est cædes nefaria qualiter
cunque contra pietatem & jus sanguinis, in ascendentes, de-
scendentes, transversales & affines perpetrata *L. 1. ff. ad L.*
Pomp. de parricid. Farin. part. 5. crim. prax. q. 120. n. 136. Carpz.
Pr. Crim. part. 1. quest. 8. n. 2. & 3. De hoc autem crimine
Solon, Atheniensium LLator, legem non tulit: quod non
speravit, tantæ immanitatis quempiam fore, qui tam foedum
& horrendum facinus perpetraturus esset, *referente Cicerone*
in Orat. pro Rosc. Amerin. Illius exemplum secutus Romulus,
similiter nullum supplicium in parricidas constituit, quod
etiam existimarit, impossibile esse, ut quis tam dirum & im-
pium scelus committere auderet, *autore Plutarcho in vita Ro-*
muli. Cessât autem parricidii pœna in filio, qui parentem pa-
triæ proditorem interfecerit. *l. minimè ff. de relig. & Sumpt.*
funer.

XLIV. De pœna hujus tam nefandi criminis, planè
singulari agunt; *Cæli, Rhodogen. lib. 6. lect. antiq. Farinac. lib.*
4. prax. crim. §. 14. de homicid. quest. 120. sect. 1. n. 6. & seqq.
quæ primo moribus introducta postea lege approbata fuit,
ut Parricida virgis sanguineis cæsus, insutus culeo cum ca-
ne, & gallo gallinaceo, vipera & simia, abjiceretur in proxi-
mum mare seu flumen, ut sic ei cœlum superstiti, & terra
mortuo auferatur. Cujus pœnæ ratio singularis redditur *in*
l. unic. & d. Et §. alia deinde Inst. de publ. Jud. neq; sine causa præ-
gnante quatuor bestię unâ cum Parricida culeo insuntur.
CANIS nimirum, ut sceleratum ostendat hominem & im-
mundum, qui parentem occiderit: vel ad arguendum infi-
delitatem, quia canis homini fidelissimum animal est: vel
quod fame rubidâ percitus canis parricidæ corpore & cada-
verè pascatur. GALLUS GALLINACEUS, quod pugna x sit, &
vipera inimicus, quæ cum ea inulitata est: Vel quod gallus
vigil cantu suo non permittat, parricidam somno cruciatum
leni-

lenire: vel ut cantu intercluso audito à navibus prætereun-
tibus, quilibet incitetur ad conspiciendum atrocissimum
scelerati Parricidæ supplicium. VIPERA, quod simili sit ob-
noxia delicto, cum & ipsa exeso parentis utero prodeat in lu-
cem: vel quod vipera & anguis maximum semper homini
horrorem ac timorem incutiant. SIMIA, quod præter hu-
manam quandam similitudinem nil hominis habeat, ut &
parricida. *Harppr. §. 5. f. de pul. Jud. n. 18. & Dn. Carpz. pr.
crim. qu. 8. n. 9. & seqq.* quasdam quoque exprimit *Gl. in
Landr. l. 2. art. 14. vers. Nun möchtest du sagen &c.*

XLV. Coitus illicitus est vel Adulterium, vel stu-
prum, Adulterium est alieni thori violatio: estq; hoc deli-
ctum cæteris multò gravius & fædius, illa enim extra corpus
committuntur, hoc ipsum corpus contaminat, & in tantum
in visum fuit Atheniensibus, ut nihil acerbius illis, quos ode-
rant, imprecari se posse putarent, quam ut eorum uxoribus
adulteris delectarentur. Communiter verò adulterium:
vel à marito, vel ab uxore; ab hâc iudistinctè sive rem ha-
beat cum soluto, vel cum conjugato, ab illo propriè non
aliter quam si cum nuptâ se commisceat *arg. l. 10. in pr. ubi
Gædd. n. 10. de V. S. ibiq; Gothofr. & alii ff. ad l. Jul. de adult.
Jul. Clar. hb. 5. sent. §. adulterium. n. 2.* Quamvis hoc de jure
canon. secus sit & lex illa 36. q. 1. l. nemo 35. q. 4. can. non mœ-
chaberis 32. q. 5. l. præcepit 19. cum seqq. 32. q. 5. Canonistarum
sententiam sequuntur Theologi plerique, *Chemnit. part. 2.
loc. comm. de lege DEI p. 204. Gædd. ad d. l. n. 10.* Ideoq; secun-
dum Canonist. tria adulteriù genera erunt distinguenda, u-
num inter virum conjugatum & fœminam nuptam, id quod
vulgò duplex vocant adulterium *Ober Hurvey* / Alterum
inter virum solutum & fœminam nuptam, quod revera est
adulterium, *Chelbruch.* Tertium inter virum conjugatum
& inuuptam sive solutam. *Vid. Clar. 5. sent. §. adulterium,*

n. 2. *Hofiens: in summ. de adult. §. quid sit. adulterium n. 1. in fin. Matth. Steph. ad art. 120. n. 2. Ordin. crim. Carol.* His ita præmissis Q. an adulterium etiam in sponsam committatur? *Aff. Hofiensis in summ. de adult. §. si quis admitt. n. 2. vers. nendum a. Berlich. p. 4. concl. 27. n. 140. & seqq. quibus ad stipulatur Dn. Carpz. pr. crim. p. 2. quest. 56. n. 6. 7. Idem sentit Imp. Alex. in l. propter 7. C. ad l. Jul. de adult. cujus verba sunt: Propter virginem adultam, qui postea maritus esse cepit, accusator justus non est, & ideo jure mariti crimen exercere non potest, nisi puella violata sponsa ejus fuerat &c.* Sic etiam Thamar *Gen. 38. vers. 4.* à Juda damnatur igni, quod sponsa filii putabatur adulterata, ut ex eodem *c. 38. v. ult.* constat.

XLVI. Adulterium aurem cum sit difficilis probationis, *l. consensu 8. §. servi etiam 6. C. de repud. Mascard. de probat. concl. 97. n. 3. & seqq. vol. 1.* Q. urrum osculum in pudicam præbeat legitimam & sufficientem adulterii præsumptionem? Et licet colloquium, & amplexus, & oscula, libidines quasi quædam anticænia esse Angelus putarit *in l. 2. ff. de privatis delictis.* non tamen verè adulterii rea dici potest fæmina ex solâ suspicione: sed alia & quidem urgentia indicia accedant oportet: adeò ut quandoquæ etiam iux velit, uxorem cum adultero in ipsâ turpitudine, vel ut Pomponius ait, in ipsis rebus veneris & ut Solon & Draco dicebant *in Ægypto* fuisse deprehensam *l. quod ait lex 23. ff. de adulter. vid. Henric. Salmot. in not. ad Gai. d. Panciroll. pag. m. 447.*

XLVII. Pœna adulterii ex *L. Julia Capitalis* est, & quidem Gladii *§. item L. Julia, Inst. de publ. Judici: l. castitati 9. l. quamvis 30. c. ad L. Jul. de adult.* quod tamen in viro non etiam muliere adulterâ locum habere arbitramur. *Nov. 134. c. 10. vers. adultera V. autb. sed hodie C. ad l. Jul. de adult. Clar. 5. seni, §. adulterium. n. 7. & 8.* Jure verò divino indistinctè tam in mulieribus quàm masculis est ultimum supplicium.

Levit.

Levit. 20. v. 10. Deut. 22. v. 22. Ezech. 18. v. 12. Jure Canonico in terris Ecclesiæ Pontificiæ est in laicis excommunicatio l. intelleximus §. X. de adult. In Clericis verò detrusio in Monasterium ad agendam pœnitentiam can. si quis clericus 10. dist. 81. Eandem de jure civili capitis pœnam incurrunt ii, qui nefandam contra naturã sui sexus libidinem, l. cum vir 31. C. ad l. Jul. de adult. aut lenocinium cum liberis exercent, l. qui domum. 8 ff. eodem. vel binas nuptias contrahunt, l. eum qui duas. 18. C. d. t. l. 2. C. de se. c. nupt. Wesenb. in par. ad l. Jul. de adult. n. 8.

XLVIII. Stuprum est, quod cum virgine vel viduã, quæ nupta non est l. malum 242. §. viduam. ff. de v. S. honestè vivente committitur §. item l. Julia. Inst. de publ. jud. l. stuprum 34 in pr. & §. 1. ff. ad l. Jul. de adult. l. 101. de v. S. idque est vel voluntarium aut violentum, & fit vel cum incestu vel sine incestu. Voluntarium est, quod volenti & consentienti fœminæ infertur. §. item l. Jul. 4. Inst. de pub. Jud. ubi Wesenb. & alii. Violentum, quod invitæ utrique commune accidens est incestus l. 5. si. de quæst. Cujac. 2. obser. 17. & Lenocinium, l. 2. §. si publico ff. ad l. Jul. de adult.

XLIX. Incestus est coitus inter consanguineos & affines, qui jure prohibente matrimonium contrahere nequeunt c. lex 36. quæst. 1. Matth. Stepb. in not. ad artic. 117. ord. Carol. Hinc distinguitur inter incestum in sanguine, sive inter sanguineos, & inter incestum in adultate admiffum. Ille gravius hic levius punitur. D. Cotbm. resp. 48. n. 18. V. 3. Improbamus hic autem illud incestus genus, quod volunt Canonistæ committi cum consecratis DEO virginibus monialibus. Clar. in §. incestus n. 1. quod pletique etiam ad Monachos & Presbyteros extendunt, ut si qua fœmina cum his concubuerit rea sit incestus Gl. in l. 2. vers. filii. C. de Epif. & Cler. quod posterius tamen improbat Jul. Clar. d. l. & §. fornicatio. n. 15. Neque etiam admittimus illud, quod fingunt esse inter
susce-



suscipit & susceptam ex S. Baptismo, & confirmationis, ut volunt Sacramento, inter quos etiam propter spiritua- lem illam cognationem matrimonia prohibent. *C. si quis cum matre 33. quest. 2. tit. 6. X. de spirit. cogn.*

L. Lenocinium est omnis actus, quo res venerea ju- vatur, suaderur, impellitur lucri quæstusve gratia prostitu- tasve habendi causâ *l. 28. lenocinii. l. qui donum 8. l. 29 §. 4 ff. ad l. Jul. de adult. l. 43. §. lenocinium. ff. de R. N.* multoq; pejus est hoc crimen meritorio pacto, h. e. quo quis quæve cor- pore quæstum fecit *d. l. §. 6. ff. de R. N.* Nam hoc ex unius li- bidinosæ faminae amore impio nascitur, at lenocinium ge- nerale est, & plures ad libidinem suam exercendi quæstus gratia adducit. *Damboud. c. 91. n. 2.*

LI. Stupratoribus non violentis honestis itemque stu- pratis L. Julia publicationem dimidiæ partis bonorum, humilioribus corporis coercitionem cum relegatione irro- gat *§. item l. Jul. vers. sed siquidem Inst. de publ. Jud. ubi Clar. §. stuprum. 113. l. 5.* Violentis verò raptoribus capitalis poena imponitur perfecto negotio, impfecto; deportatio. *l. un. §. 2. in fin. C. de rapt. virg. l. raptores 4. c. de Ep. & Cl. can. lex illa, 27. q. 2. Const. Elect. 3. ep. 4.* Incestus poena eorum, qui sunt in ascendenti, & descendenti linea indistinctè mors est. *l. We- senb. in part. ad l. Jul. de adult. n. 22. vers. nisi nefario conu. Col- ler. decis. 174. n. 7.* Quoad incestum inter collaterales viden- dum est, an collaterales utrinque soluti inter se incestum committant, an verò conjugati. Priori casu poenam fustig- gationis & deportationis seu relegationis locum habere, ait *Modest. Pist. q. 92. n. 3. & 4. p. 2. Cotbm. resp. 48. n. 43. vol. 3. Ber- lich. concl. 32. p. 5. q. 33.* Posteriori casu poena capitalis est. *Col- ler. decis. 174. n. 5. p. 1. Berlich. concl. 43. n. 4* in cæteris consan- guineis & affinibus sola fustigatio decernitur, *Clar. §. incestus n. 2. Berlich. concl. 85. n. 3.* Lenocinii poena est deportatio vel re-
le-

2390
relegatio cum infamia, vel alia pœna arbitraria pro qualitate personæ & facti, *l. lenones. 6. & 7. ff. de spect.*

LII. Publicorum judiciorum numero continetur etiam crimen Repetundarum, quod tamen circa res privatae principaliter versatur, & ab iis committitur, qui administratione officii publicè constituti pecuniam accipiunt, ut officium suum alteri communicent, aut contra officium, faciant, *l. 1. §. 4. ff. ad L. Jul. Repet.* convictus hujus criminis præter infamiam quam incurrit, quadruplum etiam redere tenetur, *l. 1. C. ad l. Jul. repet. l. 6. C. eod.* quod ab hæredibus intra annum exigere potest, *l. 2. d. t. l. 20. ff. de accus.* Hodiè tamen extra ordinem punitur vel pœna leviori, ut relegatione sive ordinis amotione, vel graviore, ut exilio aut deportatione, sive pro qualitate admitti ultimo supplicio, *l. 7. §. ff. ad l. Jul. repet. l. si quis aliquid. 38. §. Judices. ff. de pœnis. Harpr. ad §. 1. n. 17. de publ. Jud.*

LIII. Sunt præterea & alia delicta, quæ tam in res quàm personas committuntur, ut vis, crimen falsi, veneficium.

LIV. Vis est omnis contra jus in invicem ac reluctantem violenta machinatio, *l. pen. ff. ad l. Jul. de vi priv. l. extat. ff. quod metus causa.* eaque est vel publica vel privata, per rubr. & t. t. C. ad l. Jul. de vi publ. & priv. l. 2. 3. 4. ff. de vi bon. rapt. §. item. l. Jul. §. Instit. de publ. Jud. §. recuperanda. Instit. de interdict. Publica vis, in d. §. 8. definitur illa, quæ armis infertur, privata, quæ sine armis, arg. l. 2. §. homines. 4. & §. item si. 7. de vi bon. rapt. l. 1. 3. ff. de vi & vi armat. l. 1. & 2. de vi publ. pœna ob vim privatam est relegatio & publicatio tertiæ partis bonorum. *Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 4.* ob vim verò publicam hodiè est arbitraria pœna. *Clar. 5. sent. §. fin. quest. 53. num. 4.* ut pro ratione circumstantiarum extendi possit ad mortem naturalem.

E

jus-

jusmodi violentiæ species est raptus virginum, viduarum,
nec non sanctimonialium, *arg. l. 5. §. fin. ff. ad l. Jul. de vi
publ. l. raptores. 24. C. de Episc. & Cleric. Nov. 43 in pr.*

LV. Crimen falsi est imutatio & occultatio veritatis dolosè
& ex certa scientia facta, *l. 1. in pr. l. quid sit falsum. 23. ff. ad l.
Corn. de fals. l. 20. C. eod. N. 73. in pr. Hoff. rubr. de fals.* Et
committitur (1) consensu, veluti cum quem fallimus per
contractum aut pacta, *l. qui duobus. 21. ff. d. t.* qui vindica-
tur actione de dolo, vel exceptione aut actione ex contractu
illo *Damboud. C. 150.* (2) Verbis, ut si falsè aliquid suggera-
tur, denunciatur, vel improbè accusetur, vel testamentum
falsum dicatur, aut quis innocens condemnetur, *l. 1. ff. ad
l. Corn. de fals. l. 14. C. de test.* (3) Scriptis, si quis scripturæ
publicæ quid detrahat, vel addat, vel radatur aut litura
perducatur, falsove sigillo muniatur, aut si quis manum
alterius imitetur, *l. 1. l. 2. l. 16. §. ult. l. 23. ff. ad l. Corn. de
fals.* (4) Abusu, si alienis & illicitis insignibus quis utatur,
& nomen dolosè mutet, *l. falsi 13. l. 27. §. f. ff. d. t. l. un. &
ibi Dd. C. de mut. nom. Vult. Jurispr. Rom. c. 49. num. 45.* (5)
Demum committitur factio, cum nummi aurei vel argen-
tei adulterantur, & corrumpuntur, *l. quicumque. 8. ff. ad l.
Corn. de fals.*

LVI. Poena L. Cornelia de falsis ex SC. & Constit.
ordinaria est deportatio cum bonorum publicatione, si ho-
mines sint liberi, sin verò servi, ultimum supplicium, *l. 1. in
fin. ff. ad l. Corn. de fals. l. transigere. 18. C. de transact.* Hodie
pro qualitate falsi poena vel intenditur vel remittitur, *P.
H. D. Carol. V. art. 112. ibidemq; Matth. Steph. in not. Mo-
neta tamen adulteratores exuruntur, l. 2. C. de fals. monet.
quia Majestatis quasi rei sunt Const. Crim. art. III. Et qui
domos suas ad hoc scienter locant, earum amissionem su-
stinent, *d. art. concordat l. 1. §. domus verò. C. de fals. monet.**

LVII. Re-

LVII. Restat nunc veneficium, quod est tractatio, confectio, propinatio malorum venenorum hominis necandi causa, l. 3. ff. ad l. Corn. de Sic. l. 1. C. de malef. *Vvesenb. in parat. ad l. Corn. de Sicar. n. 28.* ubi hanc etiam adfert rationem, quod plus sit veneno aliquem extinguere, quam gladio necare, cum illud minus præaveri & evitari possit. *d. l. 1. C. de malef. & mathemat.* Quod constitutionibus ad omnes magos, Ariolos, Divinatores, Chaldaeos, Necromanticos, Sagas, Lamias, quin imò ad illorum discipulos, qui libris magicis ad homines lædendos decipiendosque utuntur, extensum est, *l. 4. l. 5. l. multi. 6. C. d. t. c. r. de Sortileg.* Sed quosdam non deesse hic video, qui Magos sive sortiarios, sive sagas ac lamias in rerum natura existere inficias eunt, Democrit. Alex. Simpl. aliique, præcipuè verò Epieuræi negant Dæmonem esse, nisi in opinione vulgi, & differentiam bonorum malorumque spirituum, inventum esse hominum prudentum, ut hæc opinione vulgus retineretur, & cum aliis contendit *Wier* / si quid magicâ virtute fiat, vel fieri videatur, id contingere per causas naturales, & modo ad humores in cerebro peccantes, ad melancholiam, modo ad lumen lunare, idque genus alia, ut latè refert *Binsfeld. de Malef. p. 1. præl. 1.* Cæterum, hisce cum apertissimè refragetur autoritas tam divina *Jer. 27. v. 9. Mich. 5. v. 10. Exod. 22. Levit. 20. 27. Deut. 18. 16. 11.* quàm humana. Concilia item repugnent & alia patrum testimonia relata in jure Canonico, *per caus. 37. 26. & in C. si quis sortiarios. 23. q. 1.* Jus item civile *t. t. C. de malef. Interpp.* item illius verè omnes. Denique etiam *LL. XII. Tabb.* in quibus scriptum erat. Qui fruges excantasset, poenas dato, neve alienam segetem pellexeris excantando, nec incantando, nec agrum defrugando, jure merito ab istiusmodi erronea opinione recedimus. Verum quam varii sint generis,



neris, quid & quomodo operentur; an Conventus & Synagogas diabolicas habeant; An rem cum Diabolo exercent &c. nostri instituti non est pertractare. Videri de his possunt *Godelm. Wier. Petr. Binsfeld. Damb. Bodin. Mart. Delrio & alii.*

LVIII. Poena Veneficorum alia est in eos constituta, qui magicis artibus obfuerunt, alia qui sine magicis artibus vitæ hominis aut corpori nocuerunt. Illi supplicio ignis afficiuntur. *P. h. D. art. 109.* Si verò magicis artibus usi fuerint, neminem tamen læserunt, pro conditione aliter puniuntur, *d. art. Wo iemand.* Hi verò gladii poenam subeunt, si mares sunt, sin foeminae, in aquam projiciuntur, vel alio modo pro personæ qualitate vitâ privantur. Nonnunquam tamen in terrorem aliorum vel ignitis forpibus dilacerantur, vel in solum abjecti, & trahæ allegati ad locum supplicii trahuntur, & hoc maximè, si primariam quandam personam vel magistratum suum veneno sustulerint.

Et hæc de intricatissimâ Publicorum judiciorum materiâ pro ratione instituti nostri dixisse sufficiant.

SOLI DEO SIT LAUS, HONOR
ET GLORIA.







ULB Halle
005 132 584

3



VD 17







2/80

~~XXXX~~

579
35

DISSERTATIO JURIDICA
DE
PUBLICIS JU-
DICIIS, 1659,30

QVAM
Deo ter Optimo Maximo clementer annuente
CONSENSU ET AVTORITATE
Magnifici atque Nobilissimi in illustri Salana

41

Jctorum Ordinis,
PRÆSIDE
VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atq. Excellentissimo,
DN. GEORG-ADAMO
Struven / Jcto & Professore Publico fam-
migeratissimo, Consiliario Saxonico Eminentissimo, Cu-
ria Provincialis, Facultatis Juridicæ & Scabinatus Assessore gravis-
simo, Domino Patrono ac Præceptore suo omni honoris &
observantiæ cultu submissè devenerando,

*Publico eruditorum examini
proponit*

RUDOLPH STEINOVV,
Mind. VWestph. Autor.
AD DIEM MARTII
horis locoq; consuetis.

JENE, Typis Sengenvvaldianis,
ANNO cto 16c LIX.